



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antonii Avgvstini Archiepiscopi Tarraconensis Dialogorum Libri Duo de emendatione Gratiani

Agustín, Antonio

Parisiis, 1672

Admonitio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10634**

## A D M O N I T I O .

**P**ost absolutam hanc editionem, vir doctissimus Ioannes Mallonius monachus Benedictinus, à Belgica peregrinatione redux magno reipublicæ literariæ bono, ad me detulit vidisse se duo vetustissima Pannormiæ exemplaria manuscripta, unum in bibliotheca monasterij Aquicinctensis, alterum in monasterio Blandiniensi, utrumque nomen Ivonis Episcopi Carnotensis adscriptum habens, utrumque eundem finem operis exhibens quem notavimus in præfatione nostra cum de Pannormiâ ageremus. Vnde certò colligitur non extare in codicibus illis decreta Innocentij secundi quæ edita sunt in calce Pannormiæ, quæ moverant viros eruditissimos ut existimarent opus illud non posse esse Ivonis. Hoc te monitum volui, lector erudite, ut tibi semper probem bonam fidem meam.

